VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 24v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



eorum dicens. Nolite timere seruire chaldeis.
Manete in terra. et seruite regi babylonis. et bene
erit uobis. Factum est autem in mense septimo. uenit
ismahel filius nathanie filii elisama de semine
regio. et x. uiri cum eo. percusserunt quod godoliam.
Qui mortuus est. Sed et iudeos et chaldeos. qui
erant cum eo in maspha. Consurgens autem omnis
populus a paruo usque ad magnum. et principes mi-
litum uenerunt in egyptum timentes chaldeos. Fa-
ctum est autem anno xxx. vii. transmigrationis ioa-
chim regis iude. mense duodecimo. uicesima
vii. die mensis. subleuauit euilmerodach rex
babylonis anno quo regnare caput ioachim
regis iuda de carcere. et locutus est ei benigne.
et posuit thronum eius super thronum regum qui erant
cum eo in babylone. et mutauit uestes eius quas ha-
buerat in carcere. et comedebat panem in con-
spectu eius cunctis diebus uite sue. Annonam quoque
constituit ei absque intermissione. que et dabatur
ei a rege per singulos dies omnibus diebus uite sue.
Explicit liber regum. iiii.